omnis gloria eius quasi flos
agri. Exsiccatum est foenum
et cecidit flos. quia spiritus domini in
sufflavit in eo. Vere. foe
num est populus; Exsiccatum est
foenum et cecidit flos. verbum
autem domini stabit in aeternum. Su
per montem excelsum ascende tu
qui evangelizas Sion. ex
alta in fortitudine vocem
tuam qui evangelizas Hie
rusalem; Exalta noli timere;
Dic civitatibus Iudae; Ecce deus
vester; Ecce dominus deus in fortitu
dine veniet. et brachium eius
dominabitur; Ecce merces
eius cum eo. et opus illius co
ram eo; Sicut pastor gregem
suum pascet. in brachio suo
congregabit agnos. In sinu
suo levabit. fetas ipse
portabit; Quis mensus est
pugillo aquas et caelos
palmo ponderavit.
Quis appendit tribus digi
tis molem terrae. et libravit
in pondere montes. et col
les in statera. Quis adiuvit
spiritum domini. aut quis con

siliarius eius fuit. et osten
dit illi? Cum quo iniit con
silium et instruxit eum. et docuit
eum semitam iustitiae. et erudi
vit eum scientiam. et viam pru
dentiae ostendit illi. Ecce
gentes quasi stilla situlae. et
quasi momentum staterae repu
tatae sunt ei; Ecce insulae quasi
pulvis exiguus. et Libanus
non sufficiet ad succendendum.
et animalia eius non suffici
ent ad holocaustum; Omnes
gentes quasi non sint sic sunt co
ram eo. et quasi nihilum et in
ane reputatae sunt ei; II Lec

Consurge con IIIA;
surge. Induere fortitu
dine tua Sion. Induere vesti
mentis gloriae tuae Hierusa
lem civitas sancti quia non adi
ciet ultra ut pertranseat per te
incircumcisus et inmundus;
Excutere de pulvere con
surge sede Hierusalem. sol
ve vincula colli tui cap
tiva filia Sion; Quia haec
dicit dominus. Gratis venun
dati estis. et sine argento

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 73r – Lectionarium officii
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-wszs/3217/34873)